PSALTERIUM
St. Gallen oder Regensburg, 2. Drittel 9. Jh. Seite 100r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



ra tua ⁊

Ipsi uero inuanum quesierunt animā meam · introibunt in inferiora terre · tradentur in manus gladii · partes uulpium erunt ⁊

Rex uero laudabitur indō · laudabuntur omnes qui iurant in eo · ÷ quia obstructum est os loquentium iniqua: ⁊

INFINEM PSALMUS DAUID ⁊

Xps per totum hunc psalmum de sua passione loquitur ⁊

EXAUDI DS orationem meam cum deprecor · a timore inimici eripe animam meam ⁊

Protexisti me a conuentu malignantium · a multitudi

Regem dicit dnm saluatorem · ipse enim rex in aeternum, qui laetabitur indō patre · cum laudant eum scī dī · ipsi fiunt sine dubitatione laudabiles · quia non possunt laudes eius digne narrare · nisi qui ad palmam meruerint peruenire, Illi iurant in eo · qui eimentis obsequium inuiolabile promittunt, Obstructum est os iudaeorum · et principum sacerdotum · resurgente dno · et crescente testimonio ueritatis ⁊

A parte humanitatis assumptae · postulat dns ut eius exaudiatur oratio · quando totis uiribus petitur quod prodesse sentitur, A timore inimici · idest iudaei uel diaboli suos fideles eripi postulauit ⁊

Ipsi uero hoc est inimici · inuano quaesierunt animam xpi · quando falsis criminibus sanguinem eius effundere decreuerunt, Sequitur poena quia non ad caelos euecti sunt · sed deorsum eos uiscera terrae sorbuerunt, Traditae est in manus gladii · gens iudaea · quando principes romanorū uespasianus et titus · eam cede incendioque uastabant, Iudaei enim caelestia credere noluerunt · & partes uulpium facti sunt · dum se dolosis et fraudulentis praua uoluntate coniungunt ⁊

Tituli huius uerba sicut sepe dictum est referuntur ad dnm xpm · qui per totum psalmum locuturus est, qui sextus esse cognoscitur horum · qui passionem resurrectionemq · dominicā breui relatione contingunt ⁊

Protectus est plane a conuentu iudaeorum · quia dum illi eum crederent communiter mori · eius resurrectionis gloria probantur esse confusi, Protectus ē itaq · quia eorum insidias · potentiae suae uirtute superauit, A multitudine